

INTROIT Ecclesiasticus 15: 5

In médio Ecclésiæ aperuit os ejus: et implévit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum. Ps 91:2 Bonum est confitíri Dómino: et psállere nómini tuo, Altíssime. Glória Patri et Filio et Spírítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. In médio Ecclésiæ aperuit os ejus: et implévit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum.

COLLECT

Ecclésiám tuam, Dómine, benígnus illústra: ut, beáti Ioánnis Apóstoli tui et Evangelístæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat sempitérna. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Eccl 15: 1-6

Qui timet Deum, fáciat bona: et qui cóntinens est justítiæ, apprehéndet illam, et obviábit illi quasi mater honorificáta. Cibábit illum pane vitæ et intelléctus, et aqua sapiéntiæ salutáris potábit illum: et firmábitur in illo, et non flectétur: et continébit illum, et non confundétur: et exaltábit illum apud próximos suos, et in médio ecclésiæ apériet os ejus, et adimplébit illum spírítu sapiéntiæ et intelléctus, et stola glóriæ véstiét illum. Jucunditatem et exultatiónem thesaurizábit super illum, et nómine æténo hereditábit illum, Dóminus, Deus noster.

GRADUAL John 21: 23; 21: 19

Exiit sermo inter fratres, quod discípulus ille non móritur: et non dixit Jesus: Non móritur, V. Sed: Sic eum volo manére, donec véniam: tu me séquere.

LESSER ALLELUIA

Allelúia, allelúia. (John 21: 24) V. Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his: et scimus, quia verum est testimónium ejus. Allelúia.

GOSPEL John 21: 19-24

In illo témpore: Dixit Jesus Petro: Séquere me. Convérsus Petrus vidit illum discípulum, quem diligébat Jesus, sequéntem, qui et recúbuit in cena super pectus ejus, et dixit: Dómine, quis est qui tradet te ? Hunc ergo cum vidísset Petrus, dixit Jesu: Dómine, hic autem quid? Dicit ei Jesus: Sic eum volo manére, donec véniam, quid ad te? tu me séquere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discípulus ille non móritur. Et non dixit ei Jesus: Non móritur; sed: Sic eum volo manére, donec véniam: quid ad te? Hic est discípulus ille, qui testimónium pérhibet de his, et scripsit hæc: et scimus, quia verum est testimónium ejus.

OFFERTORY Ps 91: 13

Justus ut palma florébit: sicut cedrus, quæ in Líbano est, multiplicábitur.

SECRET

Súscipe, Dómine, múnera, quæ in ejus tibi solemnitate deférimus, cu jus nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE NATIVITY

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, æténe Deus. Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium ágrem rapiámur. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióibus, cumque omni militía cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNICANTES FOR CHRISTMAS

Communicántes, et diem sacratíssimam celebrántes, quo beátæ Mariæ intemeráta virginitas huic mundo édidit Salvatórem: sed et memóriam venerántes, in primis ejúsdem gloriósæ semper Vírginis Mariæ, Genetrícis ejúsdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis et Thaddæi: Lini, Cleti, Cléméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsque concédas, ut in ómnibus protectióis tuæ muniámur auxilió. Per eúndem Christum Dóminum Nostrum. Amen.

COMMUNION John 21: 23

Exiit sermo inter fratres, quod discípulus ille non móritur: et non dixit Jesus: Non móritur; sed: Sic eum volo manére, donec véniam.

POSTCOMMUNION

Refécti cibo potúque cælésti, Deus noster, te súpplices deprecámur: ut, in cujus hæc commemoratióne percépiimus, ejus muniámur et précibus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

In the midst of the assembly the Lord opened his mouth; and filled him with the spirit of wisdom and understanding; He clothed him with a robe of glory. Ps 91:2 It is good to give thanks to the Lord, to sing praise to Your name, Most High. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. In the midst of the assembly the Lord opened his mouth; and filled him with the spirit of wisdom and understanding; He clothed him with a robe of glory.

O Lord, graciously shed light upon Your Church, so that, enlightened by the teachings of blessed John, Your Apostle and Evangelist, she may gain Your everlasting rewards. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

He who fears God will do good; he who is practiced in the Law will come to wisdom. Like an honorable mother she will meet him, nourish him with the bread of life and understanding, and give him the water of learning to drink. She will be made strong in him, and he shall not be moved; she will hold him fast, and he shall not be put to shame. She will exalt him above his fellows; in the midst of the assembly she will open his mouth, and will fill him with the spirit of wisdom and understanding, and will clothe him with a robe of glory. The Lord our God will heap upon him a treasure of joy and gladness, and will cause him to inherit an everlasting name.

This saying therefore went abroad among the brethren, that that disciple was not to die. But Jesus had not said, He is not to die. V. But rather, So I wish him to remain until I come. Follow Me.

Alleluia, alleluia. John 21:24 This is that disciple who bears witness concerning these things: and we know that his witness is true. Alleluia.

At that time, Jesus said to Peter, Follow Me. Turning around, Peter saw following them the disciple whom Jesus loved, the one who, at the supper, had leaned back upon His breast and said, Lord, who is it that will betray You? Peter therefore, seeing him, said to Jesus, Lord, and what of this man? Jesus said to him, If I wish him to remain until I come, what is it to you? You, follow Me. This saying therefore went abroad among the brethren, that that disciple was not to die. But Jesus had not said to him, He is not to die; but rather, If I wish him to remain until I come, what is it to you? This is the disciple who, bears witness concerning these things, and who has written these things, and we know that his witness is true.

The just man shall flourish like the palm tree, like a cedar of Lebanon shall he grow.

Accept, O Lord, the gifts we bring You on the feast of him upon whose patronage we trust for our salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God, for through the Mystery of the Word made flesh, the new light of Thy glory hath shone upon the eyes of our mind, so that while we acknowledge God in visible form, we may through Him be drawn to the love of things invisible. And therefore with Angels and Archangels, with Throne and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Communicating, and keeping this most holy day, in which the spotless virginity of blessed Mary brought forth a Savior to this world and also reverencing the memory of the same glorious Mary, ever Virgin Mother of the same our God and Lord Jesus Christ: as also blessed Joseph, Spouse of the Virgin, and of Thy blessed Apostles and Martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers, grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

A saying went abroad among the brethren, that that disciple was not to die. But Jesus had not said, He is not to die; but rather, So I wish him to remain until I come.

Refreshed with heavenly food and drink, we humbly beseech You our God, that we may be protected by the prayers of him in whose memory we have received this sacrament. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.